

comenæ, vicus in Bœotiâ, nomen habuere, ubi illa Minervam Ogygis temporibus <sup>1</sup> ad lacum Tritonium natam, & inde <sup>m</sup> Τετραγώνειαν dictam <sup>n</sup> educavit. Ab Aulide. Aulis urbs Bœotix nomen habuit. Thelxinea forte illa est ex his fororibus, <sup>p</sup> quæ Tremilo, <sup>q</sup> à quo Lycia olim Tremila dicta erat, nupta fuisse dicitur. <sup>r</sup> Hæ omnes apud Græcos pro Deabus habitæ, & communi nomine Περαξιδίαι dicebantur, è quibus Alalcomene, quod Minervam educaverat, quæ inde etiam <sup>2</sup> Αλαλημνηνίς vocata est, eminentius & nomen, & cultum habuisse videtur, <sup>s</sup> creditaque est dicta ac facta ad finem producere; indeque est, quod <sup>t</sup> Menalaus capto Ilio domum redux, quasi opere perfecto, ei simulacrum dedicaverat, quod antiquis <sup>u</sup> Teraphim simile <sup>x</sup> nihil præter caput erat, <sup>y</sup> illique tantum capita victimarum immolabant. Qui Ogygis filii perhibentur, Cadmus (si aliquis fuerit Cadmus ante Agenoris filium) in Bœotia, Eleufinis in Atticâ <sup>a</sup> à quo Eleufina urbs condita, & sic appellata fuerat, patri succedere. Post Eleufinem multi alii usque ad Cecropem in Attica regnarunt, inter quos Periphas ab Antonino Liberali <sup>b</sup> in Metamorph. <sup>c</sup> Porphyrius, Colænus & Actæus à Pausania memorantur. <sup>d</sup> Actæus ex illis qui ante Cecropem regnarunt ultimus fuit, illo natæ fuerunt duæ filix <sup>e</sup> Agraulus <sup>e</sup> & Phœnice, à Phœnice Φοινικία γέμματα, apud Hesychium & Suidam dicuntur, <sup>f</sup> Agraulus Cecropi nupta illi post patris obitum pro dote regnum attulit.

Cecrops autem <sup>g</sup> primus in Atticâ regnasse dicitur, quod illuc <sup>h</sup> ex Ægypto adveniens, moresque civiles secum advehens, statum politicum primus instituit, incolasque prius sine urbibus ferarum more huc illuc in specubus habitantes <sup>i</sup> in 12 civitates collegit, illisque leges dedit, quibus iussit eos, Græciæ Idoloratriæ autor, <sup>1</sup> Jovem primum ut summum Deum, Saturnum, Opim, & Minervam colere, & matrimonium contrahere, cum prius <sup>m</sup> promiscuâ Venere uterentur, <sup>n</sup> atque hinc illum *δρυῖν*, vocari dicunt. <sup>o</sup> Poetæ autem volunt illum hoc nomen habuisse, quod à dentibus Draconis ortus, partim homo, partim serpens fuerat. <sup>p</sup> Probabilior autem est aliorum ratio, qui dicunt illum sic appellari, quod ex Ægypto ortus, & in Græciam veniens utriusque gentis mores & linguas calleret. Aliæ hujus nominis rationes habentur apud Demosthenem Orat. Fun. Diodorum Siculum, lib. 1. Plutarchum de Serâ Numinis vindictâ. J. Tzetzen, Chil. 5. c. 18. & Isaacum Tzetzen ad Lycophrontem, Suidam in Περονιδίς, & Κέκροψ, & Eustathium in Dionysium ad versum 391.

Inter duodecim illas civitates, in quas Atticæ incolæ Cecrops primum congregavit, maximæ fuerunt Athenæ, <sup>q</sup> quæ ab illo conditæ primo Cecropia, indeque tota <sup>r</sup> regio eodem nomine, & populi Cecropides dicebantur: <sup>s</sup> cum autem ceteræ urbes in istam unam congregatæ fuerint, illaque à Minervâ illi sacrata novum nomen acceperit, antiqua urbs eodem modo, quo Cadmea Thebis, Acricorinthus Corinthi, Byrsa Carthagine, & Capitolium Romæ pro arce tantum habebatur, illaque sola antiquum Cecropiæ, & prima sola tribus Cecropidum nomen retinuerunt.

<sup>1</sup> August. Civ. Dei, lib. 18. c. 8. Eusebius in Chronicis. Scholiastes Apollonii, lib. 4. Apollodorus lib. 1. <sup>m</sup> Schol. Pindari, Pyth. od. 4. Scholiastes Apollonii, lib. 4. <sup>n</sup> Pausanias in Bœoticis. <sup>o</sup> Pausanias in Bœoticis. <sup>p</sup> Stephanus in Τετραγώνειαν. <sup>q</sup> Herod. lib. 1. ubi legitur Τετραγώνειαν. <sup>r</sup> Pausanias in Bœoticis. <sup>s</sup> Hesychius in Περαξιδίαι. <sup>t</sup> Pausanias in Laconicis. <sup>u</sup> Vide Seldenum de Diis Syris, Syntag. 1. cap. 2. <sup>x</sup> Suidas in Περαξιδίαι. Hesychius ad eandem vocem. <sup>y</sup> Hesych. ib. pro Θάμματα enim legendum est Θύμματα. <sup>a</sup> Pausanias in Atticis. <sup>b</sup> cap. 6. <sup>c</sup> Pausan. in Atticis. <sup>d</sup> Pausanias in Atticis. <sup>e</sup> Suid. in Φοινικία. Hesych. ad eandem vocem. <sup>f</sup> Pausan. in Atticis. Apollodorus lib. 3. Porphyrius de abstinentia, lib. 2. <sup>g</sup> Euseb. Chron. lib. 1. <sup>h</sup> Tzetzes Chil. 5. c. 8. Schol. Aristoph. ad Plut. Syncellus p. 153. Suidas in Περονιδίς. Eustathius in Dionys. <sup>i</sup> Strabo lib. 9. Plutarchus in Theseo. <sup>j</sup> Euseb. in Chron. & Præp. Evang. lib. 10. c. 9. Syncellus, p. 153. Epiphanius Hæres. lib. 1. Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 10. Cyril. contra Julian. lib. 1. Pausan. in Arcadicis. <sup>m</sup> Athenæus lib. 13. Suidas in Περονιδίς. Justin. lib. 2. Eustathius ad Iliad. σ. & α. Johan. Antioch. MS. lib. 4. Nonnus Dionysiac. 41. <sup>n</sup> Ibidem autorez, ib. <sup>o</sup> Aristophanes Vesp. & Scholiast. ib. Apollodorus lib. 3. Tzetzes ad Lycoph. <sup>p</sup> Euseb. in Chronicis, lib. 1. Syncellus, p. 153. <sup>q</sup> Schol. Aristoph. ad Plut. August. de Civ. Dei, lib. 18. c. 8. Plin. lib. 7. cap. 56. Isidor. Hispalensis in Chron. & Orig. 1. 15. c. 1. <sup>r</sup> Apollodorus lib. 3. Herodotus lib. 8. Suidas in Κέκροψ. Priscianus, lib. 2. Plinius 1. 7. c. 56. <sup>s</sup> Plutarch. in Theseo. Strabo lib. 9. <sup>t</sup> Apollodorus, lib. 3. August. Civ. Dei, lib. 18. c. 9.